



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Antonii Sanderi Presbyteri, S. Th. Licentiati Hagiologivm  
Flandriae Sive De Sanctis eius Prouinciaae Liber vnus**

**Sanderus, Antoine**

**Antverpiae, 1625**

Dvnstanvs Cantuariensis in Anglia Archiepiscopus. Exul apud Gandenses.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10172**

angustijs occupatis, quam peccatorum sceleribus detentis, quod nostris & Antecessorum nostrorum temporibus satis comprobatum est. Eius Sanctisque Remigij ac innumerabilium Sanctorum vita scripta, Wandalorum vastatione scias esse deleta. Hunc attestatione divinâ tue fidei committo, quatenus cum divino seruitto, in quantum vales, honorifices & secularibus dites. Vale dilectissime in Domino.

## D V N S T A N V S

*Cantuariensis in Anglia Archiepiscopus.*

*Exul apud Gandenses.*

**G**lasconiese Monasterium præter alia fundavit & <sup>19. May</sup> Abbas rexit Archiepiscopus Cantuariensis exinde creatus, & ab Eduino rege in exilium pulsus, Gandavi diu vixit. Eduino defuncto cum esset in Angliam reuocatus anno 988. & ipse viuere desiit. Causam exilij narrat è Surio Molanus, quòd cum esset Abbas in Monasterio quod Glasconia construxerat, ex præcepto Summi Pontificis Eduinum regem suum, cum Ducibus impudicè & pertinaciter viuentem, asperè increparet. Vnde & Monasterium direptum est. Plura vide apud Surium in vitæ historia, vel apud Molanum in natalibus.

## D V L C I A M E S S I N E N S I S.

**E**ius meminit Iacobus Marchantius in sua Flandriae descriptione. Etsi nihil de ea vel Molanus in natalibus, vel in fastis suis referat Miræus. Quod non adeò mirum, cum non omnia vnus & alterius hominis oculi videre possunt. Ad Marchantium itaque te remitto.

E L E V.